

1877.

Vir Doctissime,

1

Literas tuas Petropoli datas
Januarii 10.^{mo} maximâ cum voluptate accepi
die 17.^{mo} Februarii, quippe quæ mihi honorem
sumum annuntiârunt quem Academia vestra
Imperialis Scientiarum mihi contulerit, eligen-
-dome in numerum sociorum ejus externorum;
quid enim jucundius quam laudari a laudatis
viris? Te quæso, Vir doctissime, grates meas
debitas, i.e. maximas, Academicæ vestræ floren-
-tissimæ pro tanto munere deferre. Me
verè fortunatum semper habebô quod
Societas adeo illustris labores meos per te, ues
digne tur inspicere: commercium certe
literarium cum ejus Astronomis agere
mihi erit gratissimum. Cum Præfectori Rei
Longitudinariae a celeberrimo Patre Mo. Leonardo
Eulero Theoriam ejus Lunarem acceperint, et
merita ejus literaria permulta diu noverint,
opera astronomica a se in publicum edita
illi transmitti statuerunt; Dominus autem
Thode, aula Imperialis Consiliarius, jam

ad 1877.

2

Petropolin rediturus, curam ea secum deferendi
summa cum humanitate ultro in se suscepit.

His accedit liber observationum mearum
Grenovicensium Decennalium, quem patrem
hunc illustrem humaniter accipere precor,
in signum honoris quo illum, mathematicorum
Regius seculi facile principem, prosequor.

Vivat, precor, per multos annos in
beneficium Scientiarum! Spero, Vir
doctissime, te mihi interdum, vel de
tuis operibus, vel aliorum illustrium
Academiae huiusmodi, literas humaniter
daturum. Sum,

Dabam Grenovici
Maii 1^{re} 1777

Vir doctissime,
tui addictissimus
Nevil Maskelyne
Astron. Regius.

Viro celeberrimo
Joanni Alberto Eulerō
Imperiali Academiae Scientiarum
a Secretis

Petroполи.

